

5665 Frosinone AMAD., in uno dei lati della casetta campestre dei Sig. Ciceroni MATTH.

N · CLODIO · N · F · AN · SABINIANO
 FILIO · PISSIMO · N · CLODIVS · SABINVS
 ET · FLAVIA · HESPERIS · PARENTES

OMINE · SVSCEPTVS · PRIMO · VOTISQ · PARENTVM
 5 CVM · IAM · BIS · SENOS · EXPLESSET · FLORIDVS · ANNOS
 QVINQVE · ETIAM · MENSES · NVMERO · SVPERANTE
 DIERV · VIVERET · INNOCVVS · BLANDA · PIETATE
 COLENDVS · OCCIDIT · HEV · NIMIVM · CELERES · IN
 FVNERE · PARCAE · VITALI · TREPIDOS · NATO · PRIVARE
 10 PARENTES · AVDETIS · MAESTOSQ · GRAVI · CIRCVM
 DARE · LVCTV

Amaduzzi nov. Fior. 1783,
 709 (inde *antologia Ro-*
mana vol. 10 1783/4 p.
 178); de Mattheis (1816)
 p. 39, qui ait tum pri-
 mum edi.

2. 3 SABI NVS, 4 VO-
 TISQVE Matth. — 10 MES-
 TOSQ. Amad., MOESTOSQ
 Matth.

5666 Frusinone sub porticu S. Pauli WAELSC.
 Sine loco POMP.

Q · MINVCIO · D · L
 ALEXANDRO
 MINVCIAE · D · L
 DICAE ·

Pomponius Laetus apud Gammarum f. 58 n. 1;
 Smetius apud unum Waelscapillum f. 29'.
 1 MINVTIO, 3 MINVTIAE Pomp.

LXX. Rocca d'Arce. Santopadre.

Arcanum Q. Ciceronis saepe in epistulis Tullianis nominatum inde intellegitur fuisse medium inter Aquinum et Arpinum (ad Att. 5, 1, 3. 4. 16, 10, 1) ab Arpino non longe remotum (ad Q. fr. 3, 1, 1, 1) eiusque ut videtur territorio comprehensum, scilicet ex praediis eius Arpinatibus unum (Cicero ad Att. 1, 6, 2). Quam ob rem probabiliter composuerunt cum vico qui nunc est Rocca d'Arce eo ipso loco constituto. Ad quem qui eruderati sunt tituli etsi demptis confictis (n. 699*—710*) rem publicam incolae eius habuisse minime declarant, iidem pagum ibi fuisse

indicant satis celebrem. Ravennas geographus (supra p. 60) Arcis locum cum recenseat inter Aquinum et Melfim fluvium, hunc ipsum videtur intellegere, scilicet cum in mappa viam indicatam repperisset ab Aquino per Arcas pergentem Arpinum, more suo eius mansionem ipsi Latinae male inseruit.

Adhibitus est libellus Benedicti SCAFI *notizie storiche di Santopadre* (Sorae 1871. 8). De reliquis vide praefationem Arpinatium.

5667 rep. sub Arce ad col. mil. LXI viae Neapoli Soram ducentis, ubi saepe antiqua rudera reperiuntur. Est in limine casae rusticae Xaverii Calcagni.

C · VETTIVS · ANTHVS · LAR · E

Descripsi.

5668 [=4326] rep. in loco d. *il Fosso della Mola* inter oppida Rocca d'Arce et Santo Padre, in agro autem illius CAYRO. *Nella cantonata della casa rurale di Luigi Sora in contrada Collepizzuto* SCAFI. Hodie bipertita est et altera quidem pars in agro vici Santopadre q. d. Colle Pizzuto, altera in agro vici Rocca d'Arce q. d. *i Panichi*.

D · M
 SEX · S A T R I O
 SEX · F · O V F · I V S T O
 MIL · C O H · X · P R
 5 E · S A B I N I A N I
 MILIT · A N N · V I
 V I X I T · A N N · X X I I I
 C E L E R · E T · A P P V L E I A
 F I L I O · O P T I M O

Recognovi. Cayro Aquino (1808) p.
 390 n. 114; Notarjanni *viaggio per*
l'Ausonia (1813) p. 176 a Paschali
 Lancia; Grossi *Arce* (1816) p. 150;
 Scafi *Santopadre* p. 194 omissis v.
 5 seq.
 5 Es hodie desunt.

5669 [=4328] Arce. — Alatri KELL. errore.

L · V A L G I O · L · F · P R I S C O
 M I L · C O H · V · V I g
 Q V I · V I X · A N · X X
 M I L I T · A N · I I I

Dionigia f. 45, ex ea Grossi Arce p. 138 et
 Kellermann vig. n. 93.
 2 VIC traditur. — Haec videtur genuina
 esse.

5670 [=4496] rep. ante aliquot annos in villa Laterina ad S. Mariae de' Zapponi (inter Arce et Fontana pagos; cf. Giustiniani *diz.* 4 p. 328; ibi rus habuerit necesse est M. Vibius Auctor civis Soranus, in quo collocatum fuit decretum hoc in honorem eius factum), deinde in pago Fontanae apud sacerdotem Paschalem Proja' CAYRO similiterque PIST. Ianuarius Grossi dono dedit museo Neapolitano (*Bull. Nap.* V p. 140).

LITER FVNCTVS
 in CREMENTA DIGNI
 ma NIFESTA SPES
 FICIANI GRATAM
 5 QVAM INDVSTRI
 VAVIT · ET MAGIS
 et IAM PLEBIS
 NTVR PLAC ·
 ordini patronum eum creari ET TAB AENEAM
 10 et offerri REM · P · ERGA
 I · R · H · I
 quod egregie de nobis insequen- NTIS AN
 ni curam antea iam ab eo splendide ad- MINISTRA

TAM RVSVS SVBEVNDQ MERVET et decretae sibi statuae
 HONORE CONTENTVS SVMPTVM remiserit cum pu
 BLICE DECERNERETVR · IN · E · V · Q · I s. s.
 Q LICINIO GRANIANO L · MINICIO NATI le cos a. d.... p. C. 107
 SORAE · IN BASILICA · CAES · SCRIB · ADF · M VIBI us au
 CTOR · A · IVSTVLEIVS BALVVS · M TOSSIVS · MARCEL
 LVS · C · ALBINVS · INGENVVS · C · IVLIVS CLEMENS
 QVOD · A · LVCERNIVS · DECRIANVS · L · TVLLIVS CERIALIS · II
 VIR · V · F · DE II · VIRO QVINQVENN · IN PROX · ANNVM
 FIERI PLACERE · M · VIBIVM AVCTOREM MVLTAE DE R · P
 MERENTEM OB TAM EGREGIVM EIVS ADFFECTVM C O T I
 DIE EXCOGITANTIS QVEADMODVM COL · N · BENEF I C I S
 SVIS HONORET OMNIVM SVFFRAGANTIBVS V O T I S

Descripsi et recognovi. Cayro *Fregelli* (1795) p. 84; Pistilli p. 96; ego *Bull. dell' Inst.* 1846 p. 42; Fiorelli cat. n. 1132. Henzen 7084. Commentarium de hoc titulo scribere instituerat Grossi *Arce* p. 133.

E Cayro et Pistillio, qui accurate descripserunt uterque, melius tamen Pistillius, addidi aliquot litteras nunc effractas. — I, 11 litterae singulares quid significant, incertum est. — II, 3 lege in ea verba quae infra scripta sunt.